

In laude: Commisario Guarino Calvelli de officio portulanatus
Brundusii.

Scriptum est Guarino Calvelli vincto et fidei suo. De fide
et legalitate sua confisi te portulanum in portu Brundusii usque
ad nostrum beneplacitum ducimus statuendum, fidelitati tue
mandantes, quatinus ad predictam terram Brundusii te perso-
naliter conferens scire et videre studeas qualitatem et quantita-
tem victualium, que de portu ipso^{a) 1} extracta fuerint, nomina et con-
gnomina extractentium, nomina etiam vassellorum et patronorum
vassellorum ipsorum, cum quibus extracta fuerint, diem extractionis
ipsorum, de quorum magistrorum portulanorum seu portulanorum
licentia et mandato, vel si de mandato nostro extracta fuerint,
et quid et quantum solutum fuerit pro exitura ipsorum, quibus,
quantum^{do} et ad quam rationem, loca etiam, ad que deferri debeant,
nomina etiam^m congnomina fideiussorum, quos dederint de victua-
libus ipsis, que extraxerint, deferentibus^{is} ad loca² liata et permissa, et
sub qua pena, nec non et vassella singula, que ad portum ipsum
cum victualibus applicare contingerit, nomina^{daminorum} dictorum vassellorum
ipsorum, et nomina etiam vassellorum ipsorum, qualitatem et
quantitatem victualium, que in eisdem vassellis honorata fuerint,
diem, quo in portu ipso applicaverint, portus et loca, a quibus ipsa
victualia extracta fuerint, de quorum magistrorum portulanorum
ac portulanorum licentia et mandato, quando, et nomina et con-
gnomina mercatorum, quorum huiusmodi victualia fuerint, quid
et quantum a mercatoribus ipsis solutum extitit, et ad quam
rationem magistris portulanis et portulanis, de quorum licentia
et iurisdictione victualia ipsa extracta fuerint, et ad que loca
victualia ipsa deferri debebunt, ea omnia contineri debebunt in
apodiis seu litteris, que fient mercatoribus, qui³ victualia ipsa
extraxerint, a magistris portulanis seu portulanis, de quorum

¹a) fuerunt Reg.

²a) *[Signature]*
[Signature]

²b) Reg. litta

Hu

³a) Reg. que